

In nomine domini feliciter amen. Nos Heinricus^{a)} divina favente clementia rex Romanorum. Tenore harum publice profitemur, qualiter nos ob petitionem, fidem, saepiuscula servitia et antecessorum nostrorum promissa Friderico palatino comiti dominatum exheredatum Vyczenvelcz^{b)} cum castro vicoque adiacente et omnibus villis attinentibus — — eidem fideli nostro iure contulimus feudali^{c)}, sicut Eccardus superioresque possedere 5 iisdemque usi sunt et debuerunt — —

Datum^{d)} Fuldae feria vi. post natalem domini nostri Iesu Christi III. kal. ianuarii anno domini M. XLIX.^{e)}, indictione I., regni nostri anno VIII.

110.

Kaiser Heinrich III. bestätigt die Verlegung des bischöflichen Sitzes von Zeitz nach Naumburg und 10 die dem Stifte von seinem Vater und ihm gemachten Schenkungen. Merseburg, 1051 März 31.

Hdschr.: Or. (?) Perg. Stiftsarchiv Naumburg.

Gedr.: Lepsius, Mittheilungen des Thür. Sächs. Ver. 1,46. Lepsius, Gesch. der Bischöfe des Hochstifts Naumburg 214 (in deutscher Uebersetzung). Stumpf 2403.

Ann.: Vergl. Eidl. 62 Ann. 397 und 398, 63 Ann. 403. S. A. 116 Ann. 397, 117 Ann. 398, 118 Ann. 403. 15

In dorso (von der Hand, welche die Urkunde geschrieben): Henrici imperatoris de translacione et de his, que ecclesie dedit.

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. — — Quapropter omnibus christianę fidei cultoribus presentibus scilicet et futuris notum esse volumus, qualiter pie memorię pater 20 meus Cōnradus^{a)} Romanorum imperator augustus pia compassione necessitatibus ecclesiarum condolens et dei nutu consulere cupiens episcopatum in Cicensi loco a^{b)} venerabili Ottone imperatore^{c)} constructum nutantem et vix ad sua tempora perdurantem ad Nuenburg propter pacis firmitatem et religionis augmentum et temporalium rerum supplementum hac ratione transtulit et inmutavit. Impetravit quippe pio consilio suo et suorum 25 maxime Hunfredi Magheburgensis archiepiscopi et Hildiwardi, qui tunc mediocritati Cicensis ecclesię presidebat, quod duo principes videlicet Herimannus marchio et frater eius Eckehardus hereditatem suam deo et beatis apostolis Petro et Paulo per manum ipsius imperatoris contulerunt et in ipsa forum regale, ecclesias, congregaciones clericorum monachorum monialium construxerunt, ea tamen condicione, quod sedes episcopalis cum 30 universis ad ipsam pertinentibus de Ciza in Nuenburg predicto modo constructum transferretur et apostolica et imperiali auctoritate ibidem confirmaretur in perpetuum. Predictas ergo oportunitates imperator considerans et maxime incursum hostilem paganorum desiderans declinare consilio universorum principum regni sui, sicut predictum est, sedem episcopalem cum omnibus pertinenciis de Ciza in Nuenburg ab hostili incurso 35 remotum transtulit et prenominatorum archiepiscopi et episcopi interventu Iohannis^{d)} pape, cuius assensu translatio facta est, privilegium ad ipsam confirmandam optinuit et tandem cartam inde scriptam proprio sigillo suo insigniri iussit. — —

109. a) Henricus BD. b) Vyczenvelcz AC. Vyczenfelcae BD. c) foedali C. d) Dat. ABCD. e) 1048 BD.

110. (a) CōNRadus. b) á c) impoB d) IOHANNIS.